Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatvs Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

3. Quomodo in Fresiam venerit, & quomodo res ei procedere ibi cœperit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

Visual Library

CAP. III.

Quomodo in Freſiam venerit, & quomodo res ei procedere ibi cœperit.

QVam ille peregrinationem libentiſſimo ſuſcipiens animo, quantocius mare quod erat adiacens tranſmeauit, venitque in Freſiam ad locum qui dicitur Docyn cyrca, quod eſt in pago Hoſtracha; vbi & Dominus Bonifacius Epiſcopus iam olim Martyrio coronatus fuerat. Ibi ergo quum per prædicationem memorati Martyris multi antea ad fidem inſtructi fuerant, cum magno ab eis eſt honore ſuſceptus; ibique docens ea quæ Dei ſunt multo tempore habitauit. Nam & plurimi Nobilium infantes ſuos ipſi ad erudiendum ibidem tradiderunt: quos ille tam verbo doctrinæ, quàm exemplo piæ conuerſationis, ad diuinum iugiter incitabat amorem, multoſque errantes olim à fide ad veram & Catholicam reuocauit ſcientiam; ſeque maximum lumen ſupernæ claritatis eodem in loco exhibuit; Gentilium quoq; quamplurimam cateruam Verbo ſanctæ prædicationis inſtructam, ibidem baptizauit.

CAP. IV.

Quomodo occidendus & ſorte diuinitus liberatus ſit.

INde verò procedens tranſiuit fluuium